

Iurent maiores civitatis ad evangelia de persona electa ad episcopatum, *quod neque uxorem*<sup>348</sup> habuerit pro certam *neque concubinam*,

---

in tribus personis decreta facere propositis sanctis evangeliis periculo animae suae, dicentes in ipsis decretis, quod neque propter aliquam praestationem, neque propter promissionem, vel amicitiam, vel aliam qualemcumque causam, sed scientes eos rectae et catholicae fidei et honestate vitae esse et litteras scire eos elegerunt, et quod neque uxorem neque liberos quis eorum habet, neque concubinam et liberos naturales cognoscunt eum habuisse vel habere, sed et si uxorem prius quis habet, et ipsam unam, et primam, neque viduam, neque marito disiunctam, neque legibus vel sacris canonibus reprobata, id est scenicam, sed neque curialem vel taxeatam eum esse cognoscunt, vel si curiali vel taxeatice suppositus est conditioni, sciunt ipsum in monasterio non minus quindecim annis solitariam vitam peregissee, et hoc autem decretis oportet imponi, quod non minus quam triginta quinque aetatis annos agere electam a se personam cognoscunt, ut ex tribus personis, pro quibus talia decreta fuerunt, melior crearetur electione et periculo creatoris. ... Quod si in aliquibus locis non inveniatur tres personae ad talem electionem idoneae, liceat decretum facientibus et in duabus et in una persona decretum facere, ut tamen omnia antefata habeat testimonia. Sin autem hi, qui debent episcopum eligere, talia decreta intra sex menses non fecerint, tunc periculo animae suae ille, cui competit consecrare episcopum, consecret omnibus aliis, quae diximus, observandis. *Das Kapitel wurde gekürzt und verändert in die Summa de ordine ecclesiastico als c. 2 (WEBER S. 11) aufgenommen und findet sich auch in der Lex Romana canonice compta als c. 16 (MOR S. 44f.). Allerdings könnten auch Formulierungen aus anderen Bestimmungen herangezogen worden sein, siehe dazu die folgenden Anmerkungen. – Der Text von c. [17] findet sich unter der Überschrift „Kaysers Ludovici I. Constitution, wegen der Wahl derer Bischöffe in Teutschland, de Anno 834“ bei Johann Christian LÜDIG, Codex Germaniae diplomaticus 1 (Frankfurt 1732) Sp. 347f. zwischen Auszügen aus der Constitutio Romana (MGH Capit. 1 S. 322–324) und Nithards Bericht zu den Straßburger Eiden (MGH SS rer. Germ. 44 S. 35–37). Weder die Vorlage Lünigs noch die Gründe für die Zuschreibung an Ludwig den Frommen konnten ermittelt werden.*

348) Vgl. *Epitome Iuliani* 6,1 Cap. 24: Oportet autem eum, qui episcopus fit, neque uxorem habere neque concubinam neque filios ... (HÄNEL S. 29) und 6,4 Cap. 27: Nemo clericus fiat, nisi is, qui et bonum testimonium habet et litteratus est (ebd. S. 30). Vgl. auch *Epitome Iuliani* 115,18 Cap. 444: Non alium clericum concedimus creari, nisi eum, qui litteras scit et rectam fidem et vitam honestam habet et neque concubinam vel naturales liberos habet vel habuit, sed vel castitate praeditum, vel uxorem legitimam et ipsam unam et primam habentem, vel, si iam habuerit, et neque viduam neque distinctam a marito neque aliter legibus vel divinis canonibus reprobata (ebd. S. 152). Als Vorlage kommt die *Lex Romana canonice compta* infrage, dort finden sich die Kapitel 6,1 als c. 1 (MOR S. 37f.), 6,4 als c. 2 (ebd. S. 38f.) und 115,18 als c. 6 (ebd. S. 40). In der *Summa de ordine ecclesiastico* sind nur 6,1 als c. 1 (WEBER S. 10) und 6,4 als c. 16 (ebd. S. 15) enthalten, 6,4 ist bei Ben. Lev. als 1,126 (MGH LL 2,2 S. 80) und Add. 3,40 (ebd. S. 140) übernommen.